


hic monogramma, quod in fine Apographi a Not. Barberio Curiae Alex. Cancellario, qui ex membrana illud exscripserat, depictum vidi.



In intermedio spatio aderant S. P. Alex. & Cardinalium subscriptiones.

MCLXIV. col. 65. n. 49. indictio hic apposta ref-
pondet privatae Januensium consuetudini. Indictio com-
munis hoc anno erat XII. Ante subscriptionem Guliel-
mi hoc erat signum ei praepositum.



Reliquis autem nominibus sola crux ✠ affabre effor-
mata praebat.

MCLXIV. col. 66. n. 50. Hujus meminit Benve-
nutus a S. Giorgio in suo Chronico Monferraten-
si qui contracte summam diplomatis dumtaxat exhibuit;
conferens autem ea, quae exhibet Benvenutus cum hoc di-
plomate, ac cum aliis in simili causa jam editis non-
nullas varietates notavi, scilicet lin. 40. & 58 U3.
est sigla a Notariis frequenter usurpata pro videlicet
lin. 41. Turigia deest apud Benv. lin. 43. Regum,
Benv. verius Rincum, ibi Carcavagni Benv. Col-
cavagno. lin. 44. Mercolengo Benv. Marcoren-
go lin. 45. Intermedia loca, & oppida inter Aramen-
gun, & Scheiranum in lin. 47. hic memorata desunt
apud Benv. lin. 50. Schairanum deest apud Benve-
nutum; & merito. Est enim mera praecedentis Schei-
rani nominis repetitio. lin. 51. Sebestianus l. Seba-
stianus col. 67. lin. 15. Geneardus melius Gebear-
dus: item ibi l. Marquerdus d' Orobach melius
Marquardus Crombach. lin. 17. Arnaldus, Barba-
varia dele comm: intermedium: item ibi Lorveardus
melius Corradus. lin. 18. Bogderus, Casmarius,
legerem Rodgerus Camerarius. lin. 23. Indic. II.
corrigere Indic. XII. vel 12. In exemplari relato in
colleat. DD. pro causa Monferraten- si hoc Friderici
subdebatur monogramma.



MCLXXII. col. 69. n. 55. Temporis adscriptio ob
lapsum Typographi corrigenda, & l. 56. lege non se-
ptingentesimo, sed septuagesimo, ut evidens est.
Praeterea initio sequentis lineae duplicanda est vox
quinta, tum quia ita se habet meum exemplar, tum
ut dies XV. augusti concurrat cum festo Assumptio-
nis B. M. V., quo die acta haec fuerunt, ut col. 70.
lin. 35. dicitur.

MCLXXVI. col. 70. n. 56. Hoc praclarum docu-
mentum fuit a Guidone II. Episcopo ex autographo
coram pluribus notariis solemniter exscriptum anno
1345. die 22. julii, ex quo hoc meum deduxeram
exemplar; at autographum ipsum videre mihi hoc
anno datum fuit. Licet vero difficillimae esset lectio-
nis, intellexi tamen nonnulla in hujus chartae edito
textu mutanda esse, scilicet lin. 51. D. Galdinum
autographum legit D. G. lin. 53. Aquensis Ecclesiae
Episcopum l. Aquensem Episcopum: ibi. Remperge
l. Reperge. lin. 58. sed l. se. lin. 61. Emfiteusim
l. Emphyteosim. lin. 62. modios l. modia; item in
linea sequenti. lin. 63. in fine alde Caneve. col.
71. lin. 2. Super quod l. Et super hoc quoddam
lin. 10. dissipavit l. dissipaverat. lin. 25. Episco-
patus l. Episcopus. lin. 27. Episcopus l. Episcopa-
tus lin. 30. posset auferre l. posset ei auferre. lin.
42. concessionem l. confessionem. lin. 43. Quam
vi l. Quoniam vi. lin. 44. Quoque D. Gullielmum
l. & D. Guilelmum. lin. 48. habebat l. offerebat
lin. 49. istam l. infrascriptam. lin. 51. nil deest, ac
delenda puncta, uti & in linea 55.: ibi debuit l.
debebat. lin. 54. observaturum jure jurando l. ju-
rando observaturum. lin. 59. inducebat l. introdu-
cebat. Diu olim me torfit verbum illud de pontone
initio documentum ad pristinum designandum apposto,
regionis ne nomen esset, an quidpiam aliud? At mo-
litores ipsi edocuerunt eo nomine solitos se designare
pistrinum super naves pontis instar junctas impositum;
ita saepe accidit, ut res omnium facillimae ignoratione
technici sermonis difficultatem haud mediocrem pariant.

MCLXXVI. col. 72. n. 58. Contuli cum exem-
plari, quod extat in membranaceo Alberti Episcopi
volumine, item cum alia membrana oblonga, ac ma-
gna cura exscripta, in qua omnia antiqua decreta
circa hanc causam Anselmo Episcopo jubente fuerunt
congesta, Quae sic incipit. In nomine Sanctae, &
Individuae Trinitatis. Anno Domini MCCXX. in-
dictione X. die Sabbati IV. Junii in Castelleto A-
quis praesentibus presbytero Enrico Bergognino de
tertio testibus rogatis. Dominus Anselmus Dei gra-
tia Aquensis Episcopus praecipit mihi Jacobo No-
tario, ut scripta quaedam majoris Aquensis Eccle-
siae autenticarem, & in publicam formam redige-
rem, videlicet sententiam Domini Alghisi Dei
gratia Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepisco-
pi super jure Parrocchiali. Item litteras ejusdem
venerabilis Domini Alghisi. Item litteras Domini
Urbani PP. III. Item alias litteras Domini Urbani
PP. III. Item statutum Domini Ugonis Aquensis.
Item litteras Domini Milonis se Mediolanensis Ec-
clesiae Archiepiscopi. lin. 6. dele Episcopus. lin.
sequens ita se habet.

Fratri.

be

In fine addebatur.